
CAPITA CONSTITUTIONUM SACROSANCTAE BASILICAE PRINCIPIS...

Basilica di San Pietro in Vaticano

13—23. 6. 77.

CAPITA CONSTITUTIONUM SACROSANCTÆ BASILICÆ PRINCIPIS APOSTOLORUM.

Mandato fel. rec. Pauli Quinti, ex Bullis, & Conſtitutionibus Summorum Pontificum collecta.



ROMÆ, Ex Typographia Rev. Cam. Apoſtolicæ 1697.

SUPERIORUM PERMISSU.

Imprimatur ſi videbitur Reverendiſs. Patri Mag. S. Pal. Apoſt.

Aſcanius Rivaldus Viceſg.

Imprimatur Fr. Vincentius Fanus Socius Reverendiſs. P. Mag. S. P. A.

Reimprimatur F. Joſeph. Maria Berti Reverendiſs. P. Mag. Socius.

INDEX TITULORUM.

De-

Nicol. iij. in procemio.

DEcet Basilicam Principis Apostolorum, quæ cunctarum Ecclesiarum speculum est, & exemplar, in qua sanctitatis Ecclesiæ quiescit Principatus, ordine debito dirigi, Sanctis Constitutionibus, & legibus firmari, & muniri. Ideo, quæ sanctè à Summis Pontificibus variis Constitutionibus, & Decretis sancita sunt, placuit in hoc breve compendium redigere, quo facilius ad memoriam revocentur, & exequutioni demandentur.

Paul. v. n. 27.

De Archipresbytero, & Canonicis.

1 NE diutius Basilica vacet Archipresbyteri regimine, quo multum dignoſçitur indigere; Capitulum in-
Nic. iij. n. 43. fra tres menſes, à die vacationis ipſius, cum Romano Pontifice ſuppliciter agat, ut aliquem de Sacroſanctæ Eccleſiæ Cardinalibus in Archipresbyterum dignetur concedere. *Archi-presb. de S. R. E. Cardinalibus.*

Nic. iij. n. 10. 2 Præter Archipresbyterum ſunt triginta Canonici, & prima Canonicorum inſtitutio adeo eſt antiqua, ut omnem memoriam excedat. *Canonicorum numerus.*

Six. iiij. n. 2. 3 Inter hos, tres dignitates exiſtunt, Decanalis, Archidiaconalis, & Altariſtæ. *Dignitates.*

4 De-

Six. iiij. n. 3. 4 Decanalis, & Archidiaconalis, antiquioribus Canonicis debentur, videlicet in primis locis ſedentibus, ita quod gradatim ad illas abſque alia collatione fiat aſcenſus. *Decanus Archidiaconus*

5 Altariſta, unus ex ipſis Canonicis per Summum Pontificem deputari debet, cum onere inter alia ſingulis diebus, vel ſaltem ter in hebdomada viſitandi omnia Altaria prædictæ Baſilicæ. *Altariſta, & ejus munus.*

6 Archidiacono vero ſpeciale munus eſt demandatum, ut Sixti PP. Quarti Capellæ curam omnimodam gerat. *Archidiaconi munus.*

Six. iv. n. 5. 6. 7 Singuli hujus Baſilicæ Canonici in Papæ, & Sedis Apoſtolicæ Notarios, ac etiam Capellanos, & familiares, & continuos Commenſales recipiuntur. *Canonici ſunt Prothonotarii.*

8 Notariatus tamen inſignia non prius recipere poſſunt, quam in manibus S.R.E. Camerarii Ju-

ramentum ſolitum præſtiterint, quæ fieri debent abſque alia ſolutione, vel onere.

Nic. iij. n. 8. 9. 9 Canonici diſtributiones quotidianas non recipiant, niſi in Sacris ordinibus conſtituti, nec habeant Stallum in Choro, nec vocem in Capitulo, neque ad Capitulares tractatus admittantur. *Habent annexum Ordinem Sacrum.*

10 Promoti verò ad Sacros Ordines, non habeant vocem, nec reſpondeant in Capitulo infra annum à die ſuæ admiſſionis, niſi ab Archipresbytero, vel eo abſente à Capitulo, ſuper hoc ſibi gratia facta fuerit ſpecialis.

Urb. v. Innoc. vj 11 Privilegio Apoſtolico licet Altariſtæ, ſeu antiquiori Canonico, qui in ſacerdotio ſit, Baſilicam ſanguinis, & ſeminis effuſione, violatam reconciliare, aqua primum per aliquem Antiſtitem, ut moris eſt, benedicta. *Privilegium reconciliandi Eccleſiam.*

Nic. iij. n. 34. 12 In Canonicum quis non admit-

Paul. V. n. 27. mittatur, nec illi possessio detur, *Adeptio possessionis.* nisi de verbo ad verbum in Capitulo Juramentum præstiterit sub forma in fine hujus libelli præscripta, & ut in posterum admittendus instructus accedat, sibi prius libellus capitum Constitutionum impressus tradatur.

De modo inserviendi in celebratione Divinorum Officiorum, tam per Canonicos, quàm per Beneficiatos, & Clericos.

Card. Sabellus ex ordine Pii V. n. 1. 2. 3. Cle. VIII. in visitat. n. 4.

1 CAnonici, Beneficiati, & Clerici omnibus diebus Dominicis, & Festis, eorumve Vigiliis, infrà inter dies communes positis, ac Quadragesimæ diebus, omnes deserviant, in Adven- *Dies servitii, & vacationum.*

ventu Domini duæ eorum partes, reliquo verò tempore dimidia eorum pars singulis mensibus per alternas Hebdomadas matutinali Officio, Missæ, & Vesperis, necnon Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, & Completorii horis, in Choro, ubi celebrantur personaliter intersint, & deserviant.

2 Permittitur mensibus Julii, & Augusti inservire, ut dicitur, per Quartarias, non tamen propterea negligantur Processiones, & Festa celebrari solita.

Nic. iij. n. 47. 3 Ad omnes horas Canonicas pulsentur Campanæ plures, vel una, sicut hora ex more requirit, solemnius tamen, & prolixius in diebus solemnibus, & festivis, & in solemnibus anniversariis. *De tempore offic.*

Id. n. 48. 4 Ad Horas Matutinas sic tempestivè Campanæ pulsentur, ut distinctè quæ legenda sunt, legi possint, & quæ cantanda cantari.

5 Li-

Paul. V. n. 5. 5 Liceat, ſi tempus recitandarum horarum per aliquod Eccleſiaſticum munus, vel ſimilem rationabilem cauſam impediatur, illud anticipare, vel differre.

Nic. iij. n. 46. Nicol.V. n. 2. Eug. iv. n. 1. Paul. V. n. 17. 6 Nullus Canonicus, ſeu Beneficiatus, vel Clericus Baſilicam abſque eo habitu, quem hodie in ea deferre noſcuntur, ingredi audeat, aut præſumat ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, Summo Pontifici, præterquam in mortis articulo, reſervatæ, quem habitum in futurum pariter deferre, atque eo uti, abſque ulla prorſus differentia debeant. *De habitu ferendo.*

Paul. V. n. 17. 7 De certa ad Chorum accedendi, & ab eo recedendi ratione, de congrua canendi, & modulandi ratione, & de his, quæ ad debitum in Divinis Officiis ordinem ſpectant, Archipresbyter, ſive ejus Vicarius una cum Capitulo, vel ſaltem duobus ejuſdem *De acceſſu ad chorum, & receſſu ordinando.*

Basilicæ Canonicis, certam formulam præscribant.

Nic. iij. n. 50. 8 Perpetuò observetur, ut Canonici Presbyteri primum locum, Diaconi secundum, Subdiaconi tertium obtineant, tàm in Capitulo, quàm in Choro, & hoc idem inter Beneficiatos, & Clericos observetur. *De locis Canonicorum, Benefic. & Cler.*

Ibidem n. 25. 50. 9 Canonici omnes in Choro sint Beneficiatis omnibus præferendi, ne sint inter hos, vel illos mixtura interscalaris facienda, sed Beneficiatis stallum post Canonicos, vel sub Canonicis assignetur.

Sixt. IV. n. 3. 10 Locus Decani in Choro esse debet in latere dextro immediatè post Archipresbyterum, Archidiaconi verò in sinistro, idque sub excommunicationis, & beneficiorum privationis pœna.

Paul. V. n. 13. 11 Canonicus hebdomadarius dum Divina celebrat, primum locum inter Canonicos, ex parte

Cho-

Chori tenere debeat. Idem hebdomadarius Beneficiatus inter Beneficiatos, & Clericus inter Clericos.

Nic. III. n. 29. 12 Silentium sic in Choro observetur, cum Divina Officia celebrantur, quod nec strepitus, sive vociferatio ibi fiat, ne per verba inutilia mens à devotione retrahatur. *Quomodo manendum sit in Choro, & de Officiorum celebratione congrua.*

Paul. V. n. 4. 13 Non privatim in Choro Officium dicant, aut, quod valde indecens esset, litteras, aut libros, aut alia scripta legant.

Innoc. 3. n. 2. Nicol. 3. n. 48. Pius V. n. 2. 3. Greg. xiij n. 6. Cle. Viij. n. 3. invisitat. 14 Debent autem Hymnis, Psalmis, & Canticis Dei nomen reverenter, distinctè, devotè, studiosè, & attentè, non autem per sincopam, vel transcursum laudare.

Paul. V. n. 4. 15 Horas Canonicas alta voce pronuntient pro majori hujus excelsi templi decore, voces suas Capellanis, & Cantoribus adjungentes.

16 Mis-

16 Missas tam pro vivis, quàm pro Defunctis celebrare, & alia Divina Officia per se ipsos, non autem per substitutos persolvere teneantur, ac debeant.

Paul. V. n. 4. 17 Alioquin contravenientes distributiones quotidianas, vel alia emolumenta solita non lucrentur, nec faciant suas.

Paul. V. n. 6. 18 Canonici, Beneficiati, & Clerici Officium B. M. Virg. in Choro, prout hactenus in dicta Basilica laudabiliter observatum fuit, devotè, & attentè recitare teneantur. *De Offic. B. V. M. recitando.*

Nic. iij. n. 21. 19 Nullus quotidianas distributiones percipiat, nisi præsens in Choro fuerit, & Horæ intersit, in qua distributio fuerit facienda. *Distributiones, quæ percipiant.*

Inn. iij. n. 2. Nic. iij. n. 21. 20 Non reputabitur quis præsens, nisi Chorum intraverit in Matutinis ante finitum *Gloria Patri*, primi Psalmi, qui cantatur post *Venite*; In Missa ante finitum

ul-

ultimum *Kyrie*, in omnibus aliis Horis ante finitum *Gloria Patri* primi Psalmi.

Nic. iij. n. 21. Paul. V. n. 15. 21 Caveat autem sibi ne absque causa necessaria, vel utili evidente, Chorum exeat, neque Divinum Officium intermittat, si quis autem exierit à Choro, antequam Hora finiatur, absque licentia Vicarii, vel eo absente, Canonici, qui præest Choro, corrigatur in amissionem illius Horæ, vel aliter arbitrio Vicarii, vel Præsidentis, pro qualitate excessus mulctetur.

Paul. V. n. 15. 22 Simili etiam pœna teneatur, qui finita Hora Canonica, sed non finita Hora Officii Beatissimæ Virginis, quando in Choro recitatur, ab eodem Choro discesserit.

Pius V. in motu proprio n. 4. Cl. viij. n. 2. 23 Non possit Capitulum, aut aliquis particularis ex dicto Capitulo quibusvis interesse, & deser- *De non remittenda pœna, seu mulcta.*

vi-

Paul. v. n. 15. vire deficientibus, etiamsi Episcopali dignitate præditi sunt, sive donatione pura, sive aliquo quovis modo, mulctam remittere juxta Constitutionem Pii V. Pius V in motu proprio n. 5. incipien. *Cum in omnibus &c.* qui secus fecerint, eo ipso singulis tantum, & ejus duplum de suis proventibus, & emolumentis detrahatur, quantum cuivis absenti constiterit fuisse remissum, quod tamen recipiens suum non faciat; sed & illud omne, & aliud, quod sic ab aliis prædictis detrahetur, in usum Sacristiæ Basilicæ omninò convertatur.

Nic. iii. n. 21.40. 24 Qui de mandato Archipresbyteri, vel ejus Vicarii, & Capituli, & solius Capituli, absentibus ab Ecclesia Archipresbytero, & ejus Vicario, absentes ab Ecclesia fuerint, vel ab Horis propter servitia, & negocia Ecclesiæ procuranda, quamdiu *De absentibus.*

sic

ſic abſentes fuerint, percipiant diſtributiones horarum, & portionem ſuam integrè.

Paul. V. motu proprio n.23

25 Cæterum Camerarii, & alii Capituli Officiales, pro præſentibus in Choro non habeantur, niſi eodem die, & eadem hora, qua Divina Officia celebrãtur, re ipſa neceſſariam operam perſonalem pro rebus, & negotiis Capituli præſtiterint, teneanturque id punctatori tunc, aut ſaltem ſequenti die ſignificare.

Paul. V. n. 16.

26 Qui per annum continuum abſque Archipresbyteri, ſive ejus Vicarii licentia abſens fuerit licet ex diſpoſitione Nicolai III. anno elapſo, ſit ipſo jure privatus, non ideo minus contra ſic abſentes poteſt juxta Conſtit. Concil. Tridentini infra annum procedi.

Paul. V. ibid.

27 Nec idem Archipresbyter, ſive ejus Vicarius, Canonicis, Beneficiatis, & Clericis poteſt

concedere ut ultra tres menſes poſſint abeſſe contra ejuſdemConcilii Trident. Decretum, niſi ex cauſis à jure communi, vel Conſtituſtionibus Apoſtolicis conceſſis.

Clem.8. in viſit. n. 2. 28 Quinimò, tam Archipresbyter ſolus, quàm cum Capituli conſenſu, vel Capitulum ſolum, non poſſint cuiquam ſe abſentandi, etiam citra tres menſes, & diſtributiones interim lucrandi, quomodocumque quovis prætextu licentiam concedere.

PiusV. in viſit. n. 2. 29 Si quis verò ſingulis menſibus per quindecim dies non inſervierit, præter damnum punctationis, dimidiam ejus partem, quàm eo menſe percipere potuiſſet, omni colluſione, & remiſſione excluſa amittat, & deſervientibus accreſcat.

Nic. iij. n. 21. 30 Si quis autem infirmetur, aut debilitetur, quod abſque peri-

riculo, vel notabili indecentia, horis intereſſe non poſſit, non excludatur à diſtributionibus.

Paul. V. n. 14. 31 Prædicti verò Vicario, aut Punctatori denuncient, qui ſaltem ſequenti die ad viſitandum illum traſmittant.

Nic. iij. n. 21. 32 Si quis autem ſuſpectus habeatur, tunc, durante ſuſpicione, diſtributionum dimidia ſubtrahatur, quouſque oſtendatur, nihil agere ſimulatè.

Nic. iij. n. 27. Paul. V. n. 43. 33 Abſentiæ Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum, aliorumque, qui in Miſſis, & Divinis Officiis, etiam Defunctorum, & aliis muneribus, per eos obeundis, non interfuerint, ſeu non inſervierint, certo libro, ad id ſpecialiter deputato, per Camerarios fideliter, ac diligenter notentur.

De Camerariis abſentiæ ſeu punctatoribus.

Nic. iij n. 48. Paul. V. n. 2. in viſit. 34 Miſſæ omnes Conventuales feſtivæ, feriales, ac etiam pro

De celebratione officiorũ cum cantu.

Paul. V. n. 4. Defunctis, omnes Horæ Canonicæ, Anniversaria cum cantu, & nota peragantur, in Parasceve autem fiat, quod convenit fieri.

Nic. iij. n. 44. 35. Sollicitè provideat Archipresbyter, sive ejus Vicarius, & Capitulum, qui, & quot Canonici ad Sacerdotium, vel Diaconium, & Subdiaconium sunt promovendi, simulque de omnibus ipsius Basilicæ Ministris, ne apparere possit defectus notabilis Ministrorum. *De sufficienti ministrorũ numero.* Paul. V. n. 19.

Nic. iii. n. 44. 36 Illi, quibus injunctum fuerit ad ordines singulos ascendere, obediant, & si pertinaciter recusaverint, prout rationabile fuerit puniantur.

Nic. iij. n. 52. 37 In qualibet hebdomada tres ex Canonicis, in Sacris Ordinibus constituti, & totidem similiter ex Beneficiatis assumantur, qui Sacris vestibus induti in Missis conventualibus administrent. *De hebdomadariis.*

Heb-

Nic. iii. ibid. 38 Hebdomadarii Canonici ministrent in Missis Conventualibus diebus Dominicis, & festivis solemnibus.

Paul. V. n. 14. 39 Hebdomadarius impeditus, quominus interesse, & deservire possit, id tali tempore denuntiet, quo sequentibus Hebdomadariis per eum ad quem spectabit, notificari possit. Alias non denuntians, saltem decenti tempore, pœna arbitrio Vicarii mulctetur.

Paul. V. n. 10. 40 Si Canonici, qui Diaconi, & Subdiaconi munia obire tenentur, absentes, vel impediti, suis vicibus ministrare non possint, ad Archipresbyterum pertineat designare alios, qui eorum vices impleant.

Nicol. 3. n. 52. 41 Ad ministrandum Altari majori, cum Cardinalem contigerit celebrare, Beneficiatus aliquis ad ipsius Altaris ministerium non admittatur.

Nicol. 3. n. 52. 42 In solemnibus Anniversa-

riis, quæ pro vivis, & defunctis occurrerint decantanda, possint etiam in ipsis Canonici ministrare, & Beneficiatus cum hoc hebdomadario placuerit, Canonico sui ordinis cedere teneatur.

Paul. iv. n, 131 — 43 Quando Missa cantatur, Pax detur primo Canonicis, deinde Beneficiatis, & Clericis, idemque ordo omnino servetur, qui hodie in incensando servatur. — *De ordine dandi Pacem.*

Paul. V. n.13. — 44 Quemadmodum Canonici, qui in Diaconatus, & Subdiaconatus munere ministrant, Dominicis, & solemnioribus diebus sacram Communionem percipiunt, antiquum, & Sanctum primitivæ Ecclesiæ morem in hoc servando, ita à Beneficiatis, & Clericis, qui Acolythi officio in Missarum celebratione funguntur, peragatur. — *De sumẽda Communione ĩter missarum solemnia.*

Cl. Viii. in visit. n.1,2. — Illi autem Canonici qui munus Diaconi, aut Subdiaconi per alios exequuntur, non satisfaciunt Decre-

creto visitationis Clementis VIII. nisi quando ipsimet Missas privatim celebrant, & qui non satisfaciunt, illius diei quotidianas distributiones in foro conscientiæ non faciunt suas, quæ accrescunt aliis, eodem die celebrantibus, & communicantibus.

Clem. 8. in visit. num. 1. Pauli V. num.

De onere celebrandi & cõmunicãdi.

45 Tenentur singuli Canonici, Beneficiati, & Clerici, in Sacerdotio constituti, Missas celebrare omnibus diebus Dominicis, & festis de præcepto, sub eisdem pœnis, ad quod possit per Vicarium cogi, si verò onus habeant sæpius celebrandi, tunc suo muneri omnino satisfaciant.

Clem. 8. in visit. num. 1. Pauli V. num. 8:

46 Beneficiati, & Clerici, qui Sacerdotes non sunt, saltem semel in mense, & in solemnibus festivitatibus sanctam Eucharistiam sumant, alias amittant distributiones quotidianas, quæ accrescant aliis celebrantibus, & com-

municantibus.

Pius V. in visit. num. 3. Pauli V. num. 6.

47 Processiones, & alia Officia, tam intra, quàm extra Basilicam, per eosdem Canonicos, Beneficiatos, & Clericos ex consuetudine dictæ Basilicæ fieri, & celebrari solita, omnino celebrentur, & fiant. *De Processionibus & aliis officiis.*

Pauli V. num. 20.

48 Canonicus, qui prior in ordine residere solet, & præsens fuerit, absente Vicario, tanquam Chori præfectus ab omnibus, etiam ab aliis Canonicis, habeatur. *De Chori Præfecto*

Pauli V. ibid.

49 Hujus cura sit invigilare, ut officium divinum rectè, ut decet, celebretur.

Ibid.

50 Hujus dicto obedire omnes teneantur: resistentes vero, & obedire renuentes, illius diei distributionem non lucrentur.

De

De administratione, & dispositione bonorum Basilicæ.

Pauli v: n.24. 1 ADministratio, & dispositio bonorum Basilicæ, pertinet ad Canonicos, sine Beneficiatis, præterquam in casibus per Constitutiones Apostolicas hujus Basilicæ prohibitis.

Nicol. 3. n.26. 28. Pauli v. n.23. 2 Annis singulis quatuor Canonici, duoque; Beneficiati, fide digni, per quos credatur negocia Basilicæ debere tam fideliter, quàm prudenter, & utiliter pertractari, per Archipresbyterum, & Capitulum assumantur ad Camerariatus officium. *De Camerariis eligendis*

Nic. iii. n.26. 3 Horum electio, vivente Archipresbytero, nunquam fiat absque requisitione, & consensu Archipresbyteri, in Urbe, vel in vici-

cinis partibus exiſtentis, etiamſi abeſſet Urbe, & ejus Vicarius in Eccleſia reſideret.

Nic. iii. n.33. 4 Dum ipſis committitur Camerariatus officium, coram Archipresbytero, vel ejus Vicario, & Capitulo, jurabunt ſub forma in fine hujus libelli præſcripta. *De Iuramēto Camerariorum.*

Nic. iii. n.27. 28. 5 Prædicti ſex Camerarij accipiunt omnes fructus, redditus, & proventus, & obventiones quaſcumque, ad ipſam Eccleſiam pertinentes, præter quædam minuta, inter excepta contenta, & omnia bona quæ ad ipſorum manus devenerint, ſub ſex clavibus, quarum unuſquiſque cuſtodiat unam, conſervent.

Nicol. 3. n.32. 6 Si aliquem prædictorum Camerariorum ab Urbe abeſſe contigerit, reliqui ſuum officium faciant, ita tamen quod ſemper tres, vel duo ad minus remaneant ad officium exercendum.

Om-

Inllij ij. n. 3. 7 Omnes fructus, redditus, & proventus quoſcumque Baſilicæ debeant poni in maſſa, ſeu Camera Baſilicæ, ita quod ex illis fiat unum corpus, & una maſſa, quæ ſit communis Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum, perſolvenda, & inter eos dividenda ad uſum diſtributionum quotidianarum, videlicet Canonico quatuor, Beneficiato duo, & Clerico unum. *De maſſa communi & ratione eā dividendi.*

Iulius ii. n. 4. Nicol. 3. n. 3. Bonif. 8. Six. iiii. Iul. ii. 8 Ex communi maſſa extrahantur Triginta portiones pro Canonicis, quibus addatur alia portio, quam Canonici Archipresbytero dare teneantur, ſi ipſam habere vellet. Pro Beneficiatis Triginta ſex, pro Clericis portiones Viginti ſeptem, inter Viginti ſex Clericos dividendas. *De Portionibus.*

Pius V. n. 2. in viſit. n. 5. 9 Pro diſtributionibus autem Canonico, qui matutinali officio aderit, ba. 45. Miſſæ ba. 20. Veſpe- *De punctaturis, ſeu diſtributionibus.*

ſperis ba.30.qui aliis horis interſerit ba. 10. perſolvantur, Beneficiatus dimidiam hujus partem accipiet, Clericus verò quartam.

Nic. iii. n. 39. 10 In Quadrageſima demantur in Veſperis ba. 5. & addantur Completorio, ut æqualis utriuſque horæ ſit diſtributio.

Cl. viii. in vlſit. n.4. 11 Quæ aliis diebus diſtribui ſolent, ſalva, & integra relinquantur.

Nic. iii. n.11. 40, 12 Circa expenſas eorum, qui abſunt pro rebus Baſilicæ, & Capituli procurandis, poſſit moderamen adhiberi, & temperamentum de proventibus Eccleſiæ. *De Expenſis.*

Nic. iii, n.18. 13 Si portio Cameræ deputata ad expenſas faciendas pro ipſius Baſilicæ negotiis, & neceſſitatibus, puta domorum refectionibus, vel conſtructionibus, cauſis, vel litibus, & aliis quibuſcumque neceſſariis, vel utilibus caſibus emergentibus non ſuffice-

re

re videretur; de omnibus communibus proventibus tantum arbitrium Archipresbyteri, & Capituli aſſumatur, quantum ſufficere videbitur ad ipſius Baſilicæ communia negotia procuranda, & utiliter exequenda.

Paul. V. n.24. 14 Si quæ lites, & controverſiæ inter Canonicos, Beneficiatos, & Clericos oriri contigerit, expenſæ in futurum de communi maſſa non fiant, ſed unaquæque partium lites hujuſmodi propriis proſequatur expenſis.

Cle. vii. n.3. Paul. iv. n.3.4. 15 Locationes, quando per Capitulum, & Canonicos fieri debent, ſaltem per unum diem ante cuilibet Canonico per aliquem, ad hoc munus deputatum intimari debeat Capitulum, expreſſa cauſa, videlicet, pro locatione talis rei. *De locationibus*

Cle. vii. n.3. Paul. iii. n 3 4. Cl. viii. n.4. 16 Locationes autem fiant in pleno Capitulo non per voces, ſed

ſed per fabas albas , & nigras , & in illis nonniſi Canonici ſe intromittant .

Ibid. 17 Locationes,quæ aliter fiunt, nullius ſint roboris,vel momenti.

Cl. viij. n.4. 18 Locare autem pro juſto pretio, & concedere poſſunt Domus, Poſſeſſiones , Vineas , ac Caſalia, & alia bona menſæ,& Baſilicæ cujuſcumque qualitatis , in emphyteuſim concedi , & locari ſolita, & aliter etiam in caſibus a Jure permiſſis, abſque alia Sedis Apoſtolicæ licentia , non tamen ultra novennium , & dummodo pretii ſolutio ultra ſex menſes anticipatè non fiat .

Six. 14. n. 1. Clem. 8. n. 1. 2. Paul. iv. n. 3. 4. Cl. viii. num. 3. 19 Prohibetur prædictas locationes , ſeu conceſſiones fieri Canonicis , Beneficiatis, & Clericis, niſi pro eorum dumtaxat uſu , & habitatione dum in Eccleſia permanſerint ; Itemque prohibetur, ne fiant prædictorum conſangui-

neis,

neis, & affinibus usque ad secundum gradum, ac familiaribus, seu servitoribus, vel amicis, seu eorum intuitu, aut ipsis procurantibus aliis quibuscumque personis, etiam in confidentiam, & ad ipsorum instantiam.

Clē. vii. n.2. Paul. iv. n.1. 3. 4. Cl. viij. n.9.

20 Personis prædictis locationes facientes, aut prædictis consentientes, & votum præstantes, seu illas fieri procurantes, vel se, ut personis prohibitis prædictis fiant, se intromittentes, excommunicationis latæ sententiæ, ac Pontifici reservatæ pœnam incurrunt, nec non Juris, & facti infamiæ, ac amissionis distributionum quotidianarum, & ducatorum quingentorum, pro una Cameræ, & pro alia medietatibus Sacristiæ ipso facto applicandis.

Paul. iv. n. 8.

21 Extraneis verò personis locationes si quis fieri illicitis modis, in Bulla Pauli Quarti, præci-

cipuè expreſſis procuraverit, ipſo jure ſit excommunicatus excommunicatione reſervata prædicta, aliaſque prædictas pœnas eo ipſo incurrat.

Cl. viij. n. 5. 22 Devolutiones, & caducitates ob non ſolutos canones, etiam ultra quadriennium, dummodo non ſint per Capitulum declaratæ, & acceptatæ, remittere, & condonare, liberè, & licitè valeant, quod ſi declaratæ, & acceptatæ ſint, abſque Sedis Apoſtolicæ beneplacito remiſſio aliqua fieri nequeat. *Devolutiones & caducitates quæ remitti poſſunt.*

Iul. ii. n. 5. 23 Ex præſtatione conſenſus, tunc ſolum Canonici emolumenta percipiant, inter ipſos dividenda, quando conſenſus præſtatur pro una perſona in aliam, non excedendo tempus primæ locationis, & talis con ſenſus cedit in evidentem utilitatem Baſilicæ, in aliis verò caſibus emolumēta ſpe- *De emolumentis conſenſuum.*

ctant

ctant ad maſſam communem.

Iul. ii. num. 8. 24 In fine cujuslibet menſis fiant computa publicè in loco aliquo, deputato in dicta Baſilica. *De computis faciendis.*

Nic. iii. n. 28. 25 In fine anni, Camerarii poſt finitum officium infra quindecim dies, vel infra tempus, eis ab Archipresbytero, ſive ejus Vicario, & Capitulo aſſignandum, rationem reddant ipſis de omnibus, ad ſuum officium pertinentibus, & faciant Computum generale, ut Status Eccleſiæ quoad temporale ſciri poſſit, & novi Camerarii poſſint ſuper omnibus informari, deturque his Computis in-
b. an. 29. tereſſentibus duorum denariorum diſtributio.

Six. V. motu proprio 26 Camerarii, nec non omnes Capituli Officiales, & bonorum adminiſtratores poſt reddita Computa, omnes libros, folia, quietantias, & alias ſcripturas, ad
Cl. viij. n. 6. Baſilicam pertinentes, debeant *De libris in Archivis reponendis.*

ponere in Archivio ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, nec non ſuſpenſionis a divinis, præter cenſuale anni proximè elapſi, quo novi Camerarii ad conficiendum novum cenſuale egent.

Iulii ii. n. 5. 27 Quatuor Canonicis Camerariis pro ſalario dentur ducati ſexaginta auri, Camerariis verò Beneficiatis ducati quindecim. *De ſalariis.*

Iul. ii. n. 5. 28 Salaria vero Officialium tam Canonicorum, quam Beneficiatorum non poſſint aliquo modo augeri, niſi de conſenſu etiam Beneficiatorum, & Clericorum.

Nic. iii. n. 25. Paul. V. n. 22. 29 Cui autem negotia Baſilicæ commiſſa fuerint, ſi ejus malitia, dolo, vel fraude damnum aliquod pervenerit, teneatur reſarcire damnum, & juxta qualitatem erroris puniatur.

Iul. iii. n. 10. 30 Fiat unus liber cenſualis, in quo deſcribantur omnes fructus, *De cenſuali conſcribẽdo.*

& red-

& redditns Basilicæ, qui teneatur in Sacristia, vel alio loco publico, ut ab omnibus videri, & legi possit.

Cl. viii. in visit. n. 4. 31 Canonici non distrahant, nec alienare præsumant venditionis, donationis, aut quovis alio titulo, etiam oneroso quascumque marmoreas statuas, columnas, tabulas, aut lapides cujusvis generis magni valoris, ad eorum Ecclesias quomodolibet pertinentes, absque Sedis Apostolicæ beneplacito, idque sub poenis, & censuris. *Prohibitio alienād statuas, & alia iocalia.*

Cl. viii. in visit. n.7. 32 Pro collatione beneficiorum nihil licet à Capitulo, & Canonicis percipi. *Prohibitio pro collatione Beneficiorum aliquid recipiendi.*

Ibid. 33 Notario tamen non salariato aureum tantùm unum detur.

Cl. viii. n. 1. Paul. v. n.9. 34 Pro adeptione verò possessionis beneficiorum in Basilica, quidquam recipi vetitum est omnino, etiam a sponte dantibus,

ſub pœnis quæ in Conc. Trid. & in conſtit. Pii V. quæ incip. *Durum eſt*, continetur ſalvis quæ Sacriſtiæ ſunt debita, ut infra.

Nic. III. n.20. 35 Nullus Canonicus, juriſdictionem ſeu imperium, vel dominationem, ſeu authoritatem quamcumque exercere poſſit in aliquem ex Beneficiatis, nec ipſos ſuperbis, vel ampulloſis verbis, ſeu factis injurioſis exaſperet. *Quales eſſe debeant Canonici erga Beneficiatos, & Clericos.*

Paul. V. n. 18. 36 Nullo modo liceat, Capitulum, ſeu Congregationum intimare, ſeu aliud munus peragendum differre in tempus, quo divina officia in Baſilica ſolita ſunt celebrari. *Quando convocandum Capitulum.*

Paul.iii. ad eſt Tabella. 37 Tractatus, Statuta, geſta ordinata in Capitulo, abſque Capituli licentia ne cuilibet quoquomodo revelentur, aut publicentur, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ reſervatæ. *De ſecreto Capituli.*

De

De Beneficiatis, & Clericis.

Nic. iij n.11.12. Bonifat. viii.n.4. Instituto res Beneficiatorũ Nicol. 3. 30. Bonifat. viii.3. Six.iv.2. A tẽpore Bonifat. viii. ad Sixti iv. excrevit alia portio, cuius auctor non reperitur:

Primæ Institutiones Beneficiatorum. & Clericorum.

1 BEneficiatorum, & Clericorum, qui in Choro Basilicæ B. Petri perpetuò inserviunt, duplex est institutio, seu plantatio, prima, & antiquior à Nicolao Tertio facta, posterior altera a Bonifacio Octavo. Primi, Beneficiatorum Chori Basilicæ S. Petri nomen sortiuntur, posteriores, Clericorum ejusdem Chori appellationem habuerunt.

Ipsorum nomina.

Six.5, n. 7.Paul.v n.11.

Numerus Beneficiatorũ

2 Beneficiati triginta sex numerantur, quorum aliqui, etsì distincta onera, & diversum nomen habuerunt, prout à diversis Pontificibus fuerunt instituti, hodie tamen Sixti V. dispositione omnium eadem sunt onera, & idem nomen.

3 Clerici Viginti sex sunt insti-

Paul. V. n.11. Institutiones Clericorum. Bonifat. viii.20. Six.4 11. Iul ii.23. portionibus addidit unā, præter illas duas Six.iv.& cōstituit. portiones omnino 27. Nic. iij. n.36.

tuti, nec pauciores vigintiquinque esse possint, quorum singuli de fructibus Basilicæ medietatem ejus recipiunt, quod prædicti singuli Beneficiati recipere solent. *Numerus Clericorum.*

4 Prædicti Beneficiati non solum principaliter, sed quasi penitus ad hoc tantùm ad Basilicam assumuntur, ut in divinis officiis tam diurnis, quam nocturnis pro vivis, & mortuis, in eadem Ecclesia decantandis, ipsi Basilicæ & Choro ejusdem studeant jugiter, & continuè, prout Deus dederit, servire. *Finis ad quem sūt instituti.*

Paul. v. n.12.

5 Inter cætera autem, munus Beneficiatorum, & Clericorum est, Antiphonas, Responsoria. & Psalmos cantare, & in divinorum celebratione decenter deservire.

Paul. v. ibid.

6 Antequam promoveantur, seu saltem antequam ad distribu- *Examinandi in cantu.*

tio-

tiones lucrandas admittantur, ſuper Cantus firmi peritia examinentur.

7 Teneantur per ſe ipſos antiphonas intonare, Matutinum inchoare ad lectorium, reſponſoria aliqua, in cantu firmo decantanda, decantare, & ſimilia munera obire.

Pius V. per decret. Card. Sabelli. Sixti V. Paul. v. n. 6.

8 Nullatenus omittant Officium mortuorum, per eos celebrari ſolitum.

Nic. iij. n. 38.

9 Si qui notabiliter eſſent negligentes, aut etiam defectivi in deſerviendo Eccleſiæ in Horis Canonicis, ſive in Choro, præter pœnas, in Conſtitutione Nicolai Tertii contentas, dure, prout expedire videbitur, puniantur, ac etiam caſtigentur. *Negligentium correctio*

Nic. iij. n. 45. Bonif. 8. n. 3. Sixt. iv. n. 3. Paul. V. n. 10.

10 Beneficiati ſint in ſacris Ordinibus conſtituti, ſex dumtaxat exceptis, qui poterunt in minoribus Ordinibus deſervire, *In quibus ordinibus eſſe debeant.*

ſex vero in Diaconatus, & alii ſex in Subdiaconatus ordine deſerviant, reliqui in Sacerdotio ſint conſtituti.

Bonif. 8. n 5. Sixti iv. num. 3.

11 Clerici omnes in ſacris Ordinibus conſtituti eſſe debent, vel ſaltem infra annum ad ipſos promoveri.

Nic. iii. n. 19. Bonif. 8. n. 7.

12 Beneficiatorum, & Clericorum inſtitutio, & deſtitutio, ſcilicet perpetua amotio a ſuo Beneficio, & Baſilica, ad Archipresbyterum, & Capitulum ipſius Baſilicæ pertineat pleno jure.

Nic. iii. ibid.

13 Correctio vero, & reformatio, privatio ſuorum Beneficiorum ad tempus, & ſuſpenſio ab eiſdem, & omnis juriſdictio, & cenſura; necnon & omnis ordinatio, & diſpoſitio ſtatus eorum, ad Archipresbyterum pertineat, per ſe, ſeu ſuum Vicarium, ſeu Canonicus fuerit, ſi-

ve

ve alius , exercenda, salvis tamen prædictis, & aliis, quæ Summorum Pontificum ordinationibus, ipsis Beneficiatis, seu Clericis competere dignoscuntur.

Nic. iii. n.19. 14 Quæstiones omnes, & controversiæ, discordiæ, seu lites, quas inter ipsos Beneficiatos, aut aliquem ipsorum ex una parte, & Capitulum; seu aliquem de Capitulo ex altera interdum oriri contigerit, per Archipresbyterum, sive ejus Vicarium terminentur.

Nic. iii, ibid. 15 Archipresbytero defuncto, vel eo in remotis agente, nullo pro se Vicario dimisso, præmissa omnia ad Capitulum pertineant, nisi ubi Capitulum tam agendo, quam defendendo partem faceret, quo casu adiri alius competens Judex possit.

Nic. iii, n.12. 16 Beneficiati non sint Canonici, nec ullum jus habeant Ca- *Ipsorum natura.*

no-

noniæ, non propterea reputentur
Nic. iii. n.11. ab ipſa Baſilica alieni, & dum in Beneficiatos recipiuntur, ad ſolidioris charitatis augmentum per Archipresbyterum, vel ejus Vicarium, & Capitulum ad pacis oſculum admittantur.

Nic. iii. n.4. 17 Non ſint Collegium, nec Univerſitas, ſive corpus, nec Prælatum ſibi poſſint conſtituere, & eligere, vel habere, ſeu ſigillum, aut arcam communem, ſed ſubſint Archipresbytero, & Capitulo.

Nic. iii. ibid. 18 Poſſunt tamen pro ſuis Juribus, quæ in eadem Baſilica eis competunt proſequendis, tam in judicio, quàm extra non ſolum ſingulariter, ſed etiam in communi agere, & defendere, & illa proſequi in hoc caſu dumtaxat tanquam univerſitas, collegium, ſive corpus, excepto quod neque in hoc caſu, neque in alio, commune ſigillum habere valeant,

nec

nec communi ſigillo quomodolibet uti.

Nic. iii. n.13. Paul. iii. n. 6. Paul.v. n.25.

Privilegia & facultates.

19 Non habent Beneficiati vocem aliquam in Capitulo, aut poteſtatem aliquam de Juribus, bonis, ſeu quibuſcumque negociis, ad ipſam Baſilicam pertinentibus, diſponendi, niſi ubi de alienatione rerum immobilium, vel Jurium dictæ Baſilicæ ageretur; tunc enim aſſentiendi, & diſſentiendi hujuſmodi tractatibus vocem habeant: quod intelligendum eſt, etiam ubi tractatur de locatione Caſalium ultra novennium, vel domorum ultra tertiam generationem, quibus caſibus ex Conſtitutione Nicolai Tertii tot Beneficiati antiquiores in Capitulo eſſe debent, quot ſunt Canonici tunc præſentes.

Iul. ii. n.7.

20 Poſſint etiam deputare, & conſtituere duos ex eis, qui in reddendis rationibus, ſeu compu-

putis receptorum, & expensarum, seu exitus, & introitus fructuum, & bonorum omnium Basilicæ, sint
Nic. iii. n.31. revisores computorum, & reddituum prædictorum, simul cum Canonicorum Syndicis, & Revisoribus computorum hujusmodi deputatis pro tempore; cum ipsos status Ecclesiæ latere non debeat.

Iul. iii. n. 8. 21 Possint etiam singuli tam Beneficiati, quàm Clerici, in Computis, faciendis singulis mensibus interesse, & audire.

Paul. V. n.22. 22 Præterea eorum scamna, dum extra Chorum officia celebrantur, pannis viridis coloris cooperiantur, ita tamen, ut scamna Canonicorum magis ornata appareant.

Nic. iii. n.16. 23 Si res aliquæ immobiles ipsis Beneficiatis in communi donarentur, vel legarentur, seu quomodolibet obvenirent, eo ipso in- *De iis quæ relinquuntur Beneficiatis.*

intelligantur ipsi Basilicæ applicari, & in jus, & proventum ejusdem Basilicæ transeuntes, omninò sortiantur, & transeant in naturam cæterorum immobilium.

Nic. iii. n.20. 24 Beneficiati universos, & singulos Canonicos, tanquam majores, honore condigno prosequi debent, sicut decet. *Bēeficiati quales erga Canonicos.*

Nic. iii. n.35. 25 Nullus prædictorum admittatur ad sua beneficia, nisi de verbo ad verbum præstiterit Juramentum, in fine harum Constitutionum præscriptum, & præterea libellum Capitum Constitutionum accipiat, ut supra de Canonicis est dictum. Paul. V. n.27.

Alex.VI. 26 Ad instar Beneficiatorum Chori Basilicæ fuerunt ab Innocentio Octavo, ejus vivæ vocis oraculo, quatuor Capellani perpetui instituti ad Altare Sanctæ Mariæ olim nuncupatum, cum onere, inter alia, interessendi *De Capellanis Inno.vii.*

sin-

singulis diebus Dominicis, & duplicibus festivis, Missis, & Vesperis, quæ in Choro cantantur, necnon & Processionibus consuetis, cum habitu conformi ipsis Beneficiatis, cum assignatione stalli, & loci post Beneficiatos, deficientes mulctantur certa pœna, & subsunt jurisdictioni Vicarii, ut latius in Bulla Alexandri VI. fundationis, seu institutionis dictorum Capellanorum.

Reductio onerum ex Bulla Sixti V.

1 CApitulum istius Basilicæ teneatur quotidie ad celebrationem quindecim Missarum quotidianarum, ultra eas, quæ communiter cantari consueverant, & anniversaria solita, itaut missæ omnes, quæ privatim, & submissa voce ex antiqua insti-

tu-

tutione, ſive ex conſuetudine, ſive ex fundatione, ſive ex quavis alia cauſa celebrari debebant, ad prædictum numerum quindecim miſſarum reductæ ſunt, ex quarum celebratione ſatisfacit oneribus, & obligationibus univerſis, ei incumbentibus.

2 Pro Anniverſariis verò, precibuſque aliis, quæ pro quibuſvis defunctis, & Benefactoribus celebranda eſſent quotidie, exceptis feſtis Nativitatis, Epiphaniæ, Paſchatis Reſurrectionis, cum tribus antecedentibus diebus, & Pentecoſtes, ac feſto SS. Petri, & Pauli Apoſtolorum, preces ſolitæ pro defunctis poſt Primam in Choro dicantur in perpetuum.

3 Quotidie etiam in Choro poſt Completorium dicatur nocturnus defunctorum in nota cum tribus lectionibus, quæ dicantur à Beneficiatis, & Clericis, qui etiam

ipſi

ipsi Officio assistere, & interesse debent. Dicatur etiam quotidie Missa Defunctorum, exceptis quibusdam diebus, videlicet diebus festis primæ, & secundæ Classis, necnon & Dominicis totius anni, Octavis Nativitatis, Paschatis, & Pentecostes, Hebdomada Sancta, Conceptione B. Mariæ, utraque Cathedra Sancti Petri, festo ejusdem ad Vincula, Inventione sanctæ Crucis, Cõversione S. Pauli, Decollatione S. Joannis Baptistæ, in quibus festis dicta officia, & missæ defunctorum omittantur.

4 In festis autem S. Antonii Abbatis, S. Mariæ ad Nives, S. Mariæ Magdalenæ, S. Luciæ, S. Catharinæ, necnon feriis Quadragesimæ, Vigiliarum, Adventus, & Quatuor temporum, quando duæ missæ canuntur, altera scilicet de festo occurrenti, altera de Vigilia, omittitur in Choro missa

de-

defunctorum pro Benefactoribus, sed ejus loco missa privata generaliter pro anniversario Benefactorum ab uno ex hebdomadariis, Beneficiato, vel Clerico ad Altare Privilegiatum pro defunctis celebretur.

5 Hac autem reductione Anniversariorum minime comprehenduntur Anniversaria particularia in Sacristiæ Tabella descripta, sicuti nec ea, quæ post 5. Kal. Octobris Anni M.D.LXXXIX. hoc est post eam reductionis Bullam, à Sixto V. editam, instituentur à fidelibus, sed illa statutis diebus, aut proximè præcedentibus, non impeditis, cum solitis emolumentis, ac distributionibus pro interessentibus celebrentur.

De Sacristia.

Paul. V. n.21. 1 ARchipresbyter singulis annis Sacristiæ supellectilem visitabit, & recognoscet, & de opportunis provideri præcipiet.

Paul. V. ibid. 2 Ad Archipresbyteri curam spectat, quæ pars suppellectilis, quo tempore, & quibus personis inservire debeat.

Paul. V. n.20. 3 Correctio eorum, qui verbis, vel factis Christianæ, & Clericalis modestiæ formam, & modum in Sacristia, & præsertim tempore, quo sacris sunt vestibus induti, non servant, Archipresbytero, vel ejus Vicario absente, ad Canonicos Sacristas pro tempore existentes, pertineat.

Ibid. 4 Qui parere noluerit, etiamsi Canonicus, illius diei distributionem amittat.

5 Ad possessionem sui Beneficii

Sixti IV. n.8. Cle.Viij. n. 6. in viſit. Paul. V. n.9.

quis non eſt admittendus, niſi ante portionem debitam Sacriſtiæ perſolverit, videlicet Canonicus quinquaginta, Beneficiatus vigintiquinque, Clericos duodecim cum dimidio, florenos aureos de Camera.

Sixt. iv. n.8. Cle. vii. n.21. Paul.iii. n.2 Cle.VIII. in viſit, n.6. Paul. V. n.9.

6 Integra etiam medietas omnium, & quorumcumque fructuum, obventionum, etiam diſtributionum quotidianarum primi anni Archipresbyteri, Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum applicentur Sacriſtiæ, ſub majoris excommunicationis latæ ſententiæ, & decem millium ducatorum, privationis beneficiorum, aliiſque pœnis, per Clementem Septimum præſcriptis.

Cle. VII. n.1.

Cle.VII. n.1.2.

7 Quod declaratur etiamſi proviſiones ſint per reſignationem, vel permutationem, etiam de litigioſis, vel juriſpatronatus laicorum, ac etiamſi de vacaturis

fierent provisiones Apostolicæ, vel alias quovis modo.

Ibid. 8 Prædicta autem solutio non possit remitti, nec concedi dilationis gratia, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, aliisque pœnis supradictis.

Cle. vii. n. 2. Sixt. iv. n. 8. Cle. viii. n. 6. in visit. Paul. V. n. 9. 9 Emolumenta, quæ ad Sacristiam pertinent, in ingressu cujuslibet Canonici, Beneficiati, & Clerici integrè in paramentis, & ornamentis, ac aliis ad usum Divini cultus, & non aliter erogentur.

Urb. vi. Clem. iv. 10 Res autem Sacristiæ, sive Thesauri, videlicet Jocalia, Imagines, Anulos, vasa aurea, vestes sacras, & alia bona, non licet cuiquam, quacumque dignitate fulgeat, alienare, seu vendere, sub pœna excommunicationis, ipso facto incurrendæ, & suspensionis à portionibus.

Paul. iv. Clem. 8. 11 Prohibetur etiam prædicta com-

commodare ad quemlibet uſum, & quibuſcumque perſonis, quacumque dignitate, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalatus fulgentibus, niſi ſint de gremio Cleri Baſilicæ, vel pro uſu Eccleſiarum Baſilicæ ſubjectarum, idque ſub excommunicationis pœna.

12 In Sacrario teneatur appen-
Paul. V. n. 7. ſa tabella, in qua deſcribantur munera, anniverſaria, onera, præſertim quæ ex præſcripto Sixti Quinti perſolvi debent, & quæ ex conſuetudine præſtari ſolent.

De Capella Julia fundata, & erecta à Julio ij. fel. rec.

Iul. ii. n.4. 1. PEr Capituli eligatur unus ex Canonicis Basilicæ, ad quem omnimoda Capellæ Juliæ, Cantorum, Scholarium, Magistrorum, ac bonorum dispositio, cura, & administratio pertineat.

Jul. ii. n.2. Gre.xiij. n. 4. 2 In ipsa Capella sint duodecim Cantores, ac totidem Scholares, ac duo Magistri unus Musicæ, alter Grammaticæ.

Greg.xiij n.5. 3 Qui Cantores, & Capellani Scholares capaces, & idonei, & non alias assumantur.

Jul. ii. n.2. Greg.13. n.4. 4 Omnes singulis diebus per se ipsos horas Canonicas in Choro decantent, psallant, aliaque Ecclesiastica officia subeant, &

ei-

eidem Basilicæ, & Capellæ inserviant, fuit tamen secum à fel.rec. Clem. VIII. dispensatum, ut per alternas hebdomadas inserviant in diebus feriatis, in festivis vero, & diebus communibus, ac Quadragesimæ, & aliis, in Brevi prædicti Clementis VIII. contentis, omnes inservire debent.

Ibid. 5 Dictis duodecim Cantoribus quolibet mense pro quolibet dentur scuta septem.

Ibid. 6 Capellanis vero scholaribus scuta tria, saltem omnibus simul triginta sex, arbitrio pro tempore existentis ipsius Canonici Capellæ Magistri inter eos per capita pro cujusque captu, & meritis dispensanda, Magistro musicæ scuta quindecim.

Jul.2,n.3 Gre.xiii. n.3. 7 Quibus omnibus dentur etiam domus, & habitationes, nec non de vestibus talaribus, indumentis, & libris, ad usum Sacrorum

necessariis, prospiciatur eisdem.

8 Introitus Capellæ in alium
Jul.2.n.4 Gre.xiii. n.5. usum, quàm dictæ Capellæ non convertantur, qui si pro expensis non sufficiunt, suppleatur de massa communi.

Paul. V. n.27. 9 Statutorum, Constitutionum, & Ordinationum capita, in hoc libello contenta, annis singulis præstituta die perlegantur, & à principio usq; ad finem lectionis interessentibus distributio largiatur, videlicet Canonicis Julios octo, Beneficiatis quatuor, Clericis duo.

Dies communes totius anni, in quibus oportet RR. DD. Canonicos, necnon Beneficiatos, & Clericos omnes, & singulos interesse, & deservire divinis officiis juxta Decretum.

Dies Circumcisionis, officium integrum, & sic successivè. Januarius.
Vigilia Epiphaniæ,
Vesp. tantum.
Epiphania Domini, per totum.
Cathedra S. Petri Romæ, p. t.
Conversio Sancti Pauli, p. t.
Dies Purificationis, p. t. Februarius.
Festum Sancti Blasii. M. t.
Festum Cathedræ S. Petri, p. t.
Festum S. Mathiæ, p. t.
Festum S. Gregorii Papæ, p. t.
Festum Annunciationis B. M. Virginis, per tot. Martius.

Aprilis. Paſcha Reſurrectionis cum duobus ſequentibus diebus. p. t.
S. Leonis PP. per tot.
S. Marci, p. tot.
Majus. Sanctorum Apoſtolorum Philippi, & Jacobi, per t.
S. Crucis, per t.
Vigilia Aſcenſionis, V. t.
Aſcenſio Domini, p. t.
Vig. Pentecoſtes, p. t.
Pentecoſtes, cum duobus ſeqq. diebus, per tot.
S. Petronillæ, Manè tantum.
Junius. Vigilia Corporis Chriſti, Veſp. tantum.
Dies Corporis Chriſti, cum tota octav., per tot.
Feſtum S. Antonii de Padua, p. t.
Feſtum Nativitatis S. Jo:Baptiſtæ, p. t.
Vigilia Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, per t.
Feſtum eorumdem Apoſtolorum Petri, & Pauli, p. t.
Julius. Octava Sanctorum Apoſtolorum, p. t.
Sanctorum Proceſſi, & Martiniani, p.t.

Fe-

Feſtum S. Iacobi, p. t.
S. Petri ad Vincula, per t. Auguſtus.
S. Laurentii Martyr. p. t.
Vigilia Aſſumtionis, Veſp. tantum.
Dies Aſſumtionis, p. t.
S. Bartholomæi Apoſtoli, p. t.
Nativitas B. M. Virginis, p. t. September.
S. Matthæi Apoſtoli, p. t.
S. Michaelis Archangeli, p. t.
S. Franciſci Confeſſ. p. t. October.
S. Lucæ Euangeliſtæ, p. t.
Vigilia SS. Apoſtolorum Simonis, & Iudæ, Veſp. tantum.
Feſtum eorundem Apoſtolorum, p.t.
Vigilia Omnium Sanctorum, Veſp. tantum.
Dies omnium Sanctorum, p. t. November.
Dies Defunctorum, manè tantum.
Vigilia Dedicationis Baſilicæ, Veſp. tantum.
Dies Dedicationis, p. t.
S. Machuti, manè tantum.
S. Catharinæ, manè tantum.
S. Andreæ Apoſtoli, p. t.

Decem-ber. Conceptionis B. M. V. p. t.
S. Thomæ Apoſtoli, p. t.
Vigilia Nativitatis Domini, p. t.
Dies Nativitatis, p. t.
S. Stephani, p. t.
S. Joannis Euangeliſtæ, p.t.
Vigilia Circumciſionis, V. tantum.
Omnes dies Dominici.
Tota Quadrageſima.
In Adventu, duæ partes quotidie.

Iuramentum præſtandum à Canonicis in adeptione Canonicatuum.

EGo N. Canonicus Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, juro,& promitto, quod ab hac hora in antea Fidelis ero B. Petro, S. D. N. Papæ, Archipresbytero ejus Baſilicæ, & Capitulo, ejuſque Sacroſanctæ Baſilicæ Jura, honores, privilegia, & auctoritatem dictæ Baſilicæ conſervare, defendere, augere, & promovere curabo: Poſſeſſiones, & bona tam mobilia, quàm immobilia ad ipſam Baſilicam pertinentia, adjutor ero bona fide ad conſervandum, cuſtodiendum, & defendendum, ſalvo meo ordine: Nec Baſilicam ipſam in prædictis rebus,& juribus ſcienter damnificabo, ſeu pro poſſe meo damnificari permittam. De bonis ipſius Baſilicæ nihil ſive magnum, ſive parvum fuerit, ſcienter malitiosè percipiam, ultra id,

Nic. iij. n. 34.

quod

quod habere mihi licet; Etsi forsan per ignorantiam, seu fraudem, vel alio quocumque modo, aliquid de bonis ipsius, ultra id, quod mihi licet, reciperem, vel haberem, si postquam pro certo id cognovero, reddam Basilicam prædictam indemnem, & restituam id infra mensem, reatum periurii non incurram. Si scivero, vel cognovero, aliquem in bonis mobilibus, vel immobilibus velle, ipsam Basilicam defraudare, vel etiam defraudasse, volentis conatus impediam, si potero bono modo. Et si eadem Basilica fuerit defraudata, illud, quatenus absque meo periculo fieri poterit, damni consideratione pensata, Archipresbytero, sive Capitulo, vel illis manifestabo personis, per quos indemnitati Ecclesiæ utilius consuli posse credam, secretum Archipresbyteri, & Capituli, quod secretum esse cognovero, ad damnum Ecclesiæ, me sciente, nemini revelabo, sed etiam nulli pandam aliquod, quod ab ejusdem Archipresbytero, vel

ejus

ejus Vicario, & Capitulo, ſeu a ſolo Archipresbytero, vel à ſolo Capitulo, dictis Archipresbytero, vel ejus Vicario ab Eccleſia eadem abſentibus, iniunctum mihi fuerit ſecretum ſervandum ſub ſecreto Capituli, vel ſub fide præſtiti juramenti. In hoc autem Archipresbyterum non includo, quin ſibi revelem, cum ei ſecreta Capituli minimè ſint celanda. Ipſius Archipresbyteri, & Archipresbyteratus juriſdictiones, & jura, quantum in me fuerit ſcienter nec imminuam, nec infringam. Non ero in Conſilio, aut in facto, quod Apoſtolicarum Conſtitutionum Baſilicæ capita, Paul. V. auctoritate in libellum collecta, & edita, à Capitulo ejuſdem Baſilicæ immutentur, vel ipſum Capitulum, ac particulares de Capitulo, & Clero veniant contra ea, quin potius illa pro poſſe meo inviolabiliter obſervabo, opemque & ſtudium adhibebo, quod ab ipſo Capitulo, & aliis quibuſcumque ſerventur, & minimè negligantur. Anniverſa-

Paul. V. n. 25.

ſaria, in ipſa hactenus ſtatuta, vel in poſterum ſtatuenda, quoad dicendum Miſſas, & cætera Officia pro Deſunctis, quantum in me fuerit procurabo, quod à Capitulo, juxta quod fuerint ordinata, fiant perpetuò, & nullatenus omittantur. Nullum de cætero Canonicum ad reſidentiam in ipſa Eccleſia faciendam, ſeu ad portionem percipiendam admittam, niſi prius ſub hac eadem forma coram ipſo Capitulo de verbo ad verbum, tactis Sacroſanctis Euangeliis, hujuſmodi præſtiterit juramentum. Sic me Deus adiuvet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

Juramentum præſtandum à Beneficiatis, & Clericis.

EGo N. Beneficiatus Chori, ſive Clericus Chori Baſilicæ S. Petri, juro, & promitto, quod fidelis ero B. Petro, & Baſilicæ ipſius Principis Apoſtolorum de Urbe, necnon & fidelis ero ſecundum ea, quæ in Conſtitutionibus dictæ Baſilicæ, auctoritate Pauli Papæ Quinti vulgatis continentur. Poſſeſſiones, & jura, bona, tam immobilia, quam mobilia, ad ipſam Baſilicam pertinentia adiutor ero bona fide ad conſervandum, cuſtodiendum, & defendendum, ſalvo meo ordine, nec Baſilicam ipſam in prædictis rebus, & juribus ſcienter damnificabo, ſeu pro poſſe meo damnificari permittam. De bonis ipſius Eccleſiæ nihil, ſive magnum fuerit, ſive parvum, ſcienter malitiosè percipiam, ſeu recipiam, ultra id, Nic. iij. n. 55.

quod de bonis ipsius habere, ac recipere mihi licet, etsi forsan per ignorantiam, sive fraudem, vel alias quocumque modo receperim aliquid de bonis ipsius, ultra id, quod mihi licet recipere, vel habere, si postquam cognovero pro certo, me aliquid illicitè recepisse, vel etiam habuisse, reddam Basilicam prædictam indemnem, & id restituam infra mensem, reatum perjurii non incurram. Si scivero, vel cognovero, aliquem in bonis mobilibus, vel immobilibus velle ipsam Basilicam defraudare, vel etiam defraudasse, volentis conatus impediam, si potero bono modo, etsi eadem Ecclesia fuerit defraudata, illud quatenus fieri potterit, absque meo periculo, damni consideratione pensata, Archipresbytero, seu Capitulo, vel illis manifestabo personis, per quas indemnitati Ecclesiæ utilius consuli posse credam, secretum Archiprebyteri, & Capituli, quod secretum esse cognovero, ad damnum

Ec-

Ecclesiæ, me sciente, nemini revelabo, sed & nulli pandam aliquid, quod ab eisdem Archipresbytero, vel ejus Vicario, & Capitulo, seu à solo Archipresbytero, vel à solo Capitulo, dictis, Archipresbytero, & ejus Vicario ab eadem Ecclesia absentibus, iniunctum mihi fuerit secretum servandum sub secreto Capituli, vel sub fide præstiti Juramenti. In hoc tamen Archipresbyterum non includo, quin sibi revelem, cum ei secreta Capituli minimè sint celanda, ipsius Archipresbyteri, & Archipresbyteratus jurisdictiones, & jura, quantum in me fuerit, scienter nec imminuam, nec infringam. Quoad taxationem Beneficii mei, modum, & formam in dicta Basilica deserviendis in divinis Officiis, & percipiendi distributiones, vel Beneficium meum, necnon & quoad potestatem, & auctoritatem Archipresbyteri, & Capituli simul, vel separatim, & ubi distinguitur, & omnia, & singula, quæ statum meum, & alio-

rumBeneficiatorum circa institutionem, correctionem, ordinationem, vacationem Beneficiorum, lapsum temporis, vel alias, & quæcumque alia, Beneficiatorum statum contingentia, sunt ordinata, & ut breviter omnia comprehendam, non ero in consilio, aut in facto, quod ordinationes, seu statuta prædicta, vel aliquid ex eis à Capitulo, Beneficiatis, vel Clericis aliquatenus immutentur, vel ipsum Capitulum, seu Beneficiati, vel Clerici veniant contra ea, quin potius, si opus fuerit, operam, & studium, quantum in me fuerit, adhibebo quod prædicta serventur, & minimè negligantur, quin potiùs pro posse meo illa inviolabiliter observabo. Anniversaria in Ecclesia, hactenus statuta, & in posterum statuenda, quoad dicendum Missas, & cætera Officia pro Defunctis quantum in me fuerit studium, si opus erit, dabo, & operam, quod à Capitulo, & Beneficiatis, & Clericis ipsis fiant perpetuò, & nullatenus omittantur, juxta

quod

quod ſuerit ordinatum, ſtudium quoque ſi opus erit, quantum in me ſuerit dare curabo, & operam, quod nulli Beneficiato, vel Clerico Baſilicæ Sanctì Petri Beneficium aſſignetur, nec ad reſidentiam, ſeu Chorum, vel diſtributiones aliquatenus admittatur, niſi prius ſub hac eadem forma coram Capitulo prædictæ Baſilicæ de verbo ad verbum, tactis Sacroſanctis Euangeliis, præſtiterit juramentum. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

Juramentum præſtandum à Camerariis.

Nic. iij. n. 33.

NOs tales, ad exercendum officium Cameræ noſtræ Baſilicæ, à præſenti die uſque in annum completum aſſumpti, tactis Sacroſanctis Euangeliis promittimus, & juramus, quod Officium nobis commiſſum fideliter exequemur, proventus, & obventiones omnes, ad dictam pertinentes, ſeu provenientes Baſilicam, pro poſſe noſtro procurabimus, ut nobis abſque, diminutione integrè conſignentur, ipſoſque cuſtodiemus fideliter, & dividemus, & portionem faciemus, & tam Canonicis in diſtributionibus, & aliis pro ſuis portionibus, quàm Beneficiatis, & Clericis Chori Baſilicæ Sancti Petri pro ſuis Beneficiis integrè ſatisfaciemus de bonis ejuſdem Baſilicæ, ſeu Cameræ, & quæ reſidua fuerint fideliter conſervabimus, juxta quod hæc omnia in Conſti-

ſtitutionibus hujus Baſilicæ continentur. Nulli Canonico, ſeu Beneficiato, vel Clerico, ſcienter de bonis ipſius Baſilicæ dabimus, aut ipſum pro poſſe noſtro auferre, vel recipere permittemus ultra id, quod eis debetur ex præmiſſis Ordinationibus, ſeu ſtatutis; & ſervabimus modum, & formam, & ordinem expreſſos ibidem. Si ſciverimus, vel non leviter crediderimus, aliquem Canonicum, ſeu Beneficiatum, vel Clericum in recipiendo ultra quàm deberet, ſecundum præmiſſa ſtatuta, percipere, Eccleſiam defraudaſſe nobis pro Eccleſia, ſeu Camera, quod malè receptum fuerit per fraudatorem, ſi poterimus reſtitui faciemus, vel tantum de portione, ſeu de Beneficio defraudatoris retinebimus, quoad Eccleſia reddatur indemnis, ſi non poſſemus hoc facere, quia negaret forſitan defraudator, id ad notitiam Archipreſbyteri, & Capituli deducemus. Veritatem quoque dicemus abſque falſitatis admixtione cujuſque, ſuper omnibus,

quæ

quæ ad nostrum spectant officium, Archipresbytero, & Capitulo, vel utrique eorum separatim in omnibus, & super omnibus, officium nostrum contingentibus, ex quorum taciturnitate credemus posse pati ipsam Ecclesiam, Capitulum, vel Clerum, detrimentum. Finito autem nostro officio, & etiam quandocumque Archipresbytero, vel ejus Vicario, & Capitulo, seu Archipresbyteratu vacante eidem Capitulo placuerit, omnia integrè resignabimus, quæ apud nos, vel in Camera fuerint de bonis, ad Beati Petri Basilicam pertinentibus, vel aliis, qui ab eis ad hoc fuerunt deputati, & Basilicam ipsam reddemus indemnem de omni eo, in quo ex cuncta nostra scientia, tam à nobis, quam ab aliis ipsa Basilica per nostram malitiam, sive fraudem damnificata fuisset. Fidelem quoque rationem, seu computum juxta quod in prædictis Statutis ordinatum est, de omnibus faciemus. Sic nos Deus adiuvet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

IN-

INDEX BULLARUM

Ex quibus Capita desumta sunt.

Eu-

7. *Eugenij iiij.*
8. *Nicol. v.*
9. *Sixti Quarti prima , ſecunda tertia .*
10. *Iulij Secundi prima, ſecunda*
11. *Clem. vij. prima , ſecunda*
12. *Pauli iij. prima , ſecunda , tertia , quarta .*
13. Pauli *Quarti .*
14. *Pii Quinti , & de ejus ordine Cardinalis Sabelli Vrbis Vicarii .*
15. *Gregorij xiij.*
16. *Sixti Quinti prima, ſecunda*
17. *Clem. viij prima , ſecunda, tertia , & ejus Decreta Viſitationis* 1593.
18. *Pauli Quinti .*